Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

 Iste liber est canonicorum regularium Mon^rij. sancti Johannis apostoli et Ewangeliste in walthausen. i^s

De sancta Trinitate. i^s.

Benedicat nos deus deus noster. psalm. Sciendum quod legimus hominem a deo ter benedictum videlicet in principio creationis in medio iustificationis et in fine premiationis. Nota quod dominus benedixit homini quem creavit sic pater benedicit filio quem pulchrum videt et bonis moribus adornatum. unde gen. i. Benedixit illis deus et ait crescite et multiplicamini et replete terram. Ista benedictio nichil aliud fuit secundum glossam nisi tantum collatio beneficiorum que omnipotens deus contulit in sua creatione.

a. Specialiter tractatur in sua tabula

Continet autem ista benedictio mystice .iiii. scilicet copulam coniugalem cum honestate et sanctitate. omnium bonorum fecunditatem sine labore. et principatum hominis sine omni contradictione.

b. Et Omelie aliquot et libellus de ... vite et specialiter tractatur de eo.

Primo in hoc quod dicit crescite et multiplicamini. ostendit quod vir et mulier non convenissent pro copula adimplenda sed tantum causa plus procreande caritatis affectu et nulla corruptionis concupiscentia filii nascerentur secundum glossam. Sed nota quod istam benedictionem abstulit peccatum caro siquidem hominis ita est corrupta per peccatum quod vix est aliquis qui commisceatur cum uxore propria sine peccato inhonestatis et offensa non modica quia tantum libidini student satisfacere unde nec tempus nec modum debitum servant. ideo de matrimonio multociens faciunt adulterium. unde Sap. iiii. felix que nescivit thorum in delicto habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Nota. Ecce omnis qui servat pacem cum maioribus suis numquam ab aliquo perturbatur et ideo quamdiu homo cum deo pacem habuit nichil sibi penitus guerram in corpore movit. Caro enim vel aliud membrum non movit eum ad malam voluntatem. nec ad aliquid appetendum contra rationem suam. Sed ex quo primus homo gwerram contra deum movit ortum voluptatis per prevaricationem violando. qui fructum vetitum usurpavit. non habuit in se aliquod membrum. quod eum deinceps non impugnaret. nota diligenter. oculus male respiciendo. auris perversa audiendo. caro inhonesta suggerendo. cor vana meditando. lingua superflua loquendo. unde psalm. Non est pax ossibus meis.

c. Item in hoc quod ait. Ecce dedi vobis in escam. Innuit omnem fecunditatem sine labore. nota. Ecce omnino nichil esset sterile in mundo nec terra nec arbores sed quelibet suum fructum afferret sui generis sine omni labore penali. si peccatum non fuisset. unde dicit adam glossa. patet quod ante peccatum hominis terra nichil noxium protulit non herbam venenatam non arborem sterilem. omnia enim data erant homini in escam. Sed hanc gloriosam benedictionem abstulit peccatum terra siquidem et omnes arbores que fructum bonum sine penali labore attulissent in habundanciam vix modo cum magis sudoribus et pena nimia afferunt fructum unde homines valeant sustentari. unde gen. iii. maledicta terra in opere tuo. nota diligenter. Ecce terra malorum hominum in medium exposita.